1436 Locatio 13

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo quadri-
gentesimo trigesimo sexto Inditione quartadecima die mercurii decimo
mensis octobris presentis sup cor pallatio sive ad destum et offm victualium
presentibus Egregio legum doctore dno Laurentio de pillazolis filio q. dni
mei de fano habitatore presenti in contrata domi et Andrea orazio notario
quondam pauli habitatore presenti in contrata sancte Sophie testibus ad hec habitis vo-
catis et rogatis. Jure locationis et affictus usque ad novem annos proxime
venturos incipiendo dicte locationis ad festum sancti michaelis proxime preterito
Egregius legum doctor dominus Jacobus michael quondam hoyermi q. bithi
michaelis habitator presenti in contrata sancte lucie nomine suo proprio ac nomine et vice
prouidi viri baldi michael eius fratris pro quo quondam fratre suo pro-
misit de ratto et ratti habitione ac se facturum et curaturum cum effectu quod
dictus baldus laudabit et ratifficabit omnia et singula in presenti contractu contenta
sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Sponte libere et
ex certa scientia pro se et suis heredibus et nomine quo supra dedit locavit et affictavit
Tomeo filio q. Antonii Arozario de castrobaldo eiusdem habitatori presenti
presenti suo et Antonio quondam Jacobi Johannis de castrobaldo presenti acceptanti no-
mine suo ac nomine et vice fratrum suorum pro quibus promisit de ratto et
ratti habitione ipsis conductoribus presentibus stipulantibus et recipientibus ac accep-
tantibus pro se et suis heredibus et nominibus quibus supra campos triginta quinque
nemorum sitos circa portus in territorio castribaldi in contrata burgi campana
in quibus choeret a duabus partibus via comunis ab alia fovea barrata et
ab alia prefati locatores et forte alie sunt coherentie veriores alios contentos
et reductos per quantum lodi in omnibus et per omnia prout tenebat et tenuit et
in eisdem juribus et finibus Et ea ratione ut modo predicti conductores suique
heredes et successores possint et debeant hic tenere et usufructuare dictam nemo-
ra et terras cum juribus et pertinentiis suis predictis usque ad dictum tempus novem
annorum sine molestia et contradictione dictorum locatorum et alicuius alterius
persone cum accessibus ingressibus introytibus et exitibus viis vicinis et aditibus
[illegible] et pertinentiis ipsis terris spectantibus et pertinentibus. Dictus vero
suprascriptus prefatus dominus Jacobus nomine quo supra dictas terras sive nemora nulli
alii dedisse locasse affictasse vel nullo alio obligasse et nulli fore obligatum
nisi dictis conductoribus nec Jam dicto quod si aliud reperiretur fore factum
ipsos conductores indempnes conservare promisit cum obligatione omnium suorum
bonorum presentium et futurorum. Et promisit dominus Jacobus nomine quo supra et
per se et suos heredes predictis Tomeo et Antonio conductoribus presentibus stipulan-
tibus et recipientibus pro se et suis heredibus ac nominibus quibus supra dicta nemo-
ra de quibus supra legitime guarentare defendere autorizare et disbrigare ab
omni homine persona parte communi collegio et universitate usque ad dictum tempus novem annorum
ut supra omnibus suis pretiis et expensis et sub pena totius dampni interesse
et expensarum litis et extra solempni stipulatione promissa. Ad cuius locationis fauo-
rem predicti Tomeus et Antonius nominibus predictis et pro se et suis heredibus pro-
miserunt suprascripto domino Jacobo presenti stipulanti et recipienti pro
se et suis heredibus ac nomine et vice baldi fratris sui suorumque heredum dictas terras
bene et diligenter tenere regere et gubernare ac fatiere et observare ut ita
ita quod per eos meliorentur et insuper dare et solvere prefato locatori
et fratri suo suisque heredibus omni anno ad festum sancti michaelis libras
sex decem [illegible] et parem duo gallinarum ad festum carnis privii et
sic de anno in annum usque ad finem dicte locationis sub pena librarum
[illegible] pro quolibet termino non observato solempni stipulatione pro-
missa. Hiis pactis et conventionibus interpositis partes appositis et sub
solempni stipulatione firmatis quod predicti conductores teneantur et debeant
durante dicta locatione cavare et reddurre ac reduxisse quod dictis
nemoribus locatis ad prata de que habiliter poterunt reddure ita quod
valeant secari Et insuper fatiere unum aggerellum ad foveam ban-
tam ita quod quando aqua crescit non intret in ipsa prata reddurenda
ut supra et ita sic fatiere promiserunt predicti conductores. Que omnia et
singula in presenti contractu contenta et annotata promiserunt dicte partes nominibus
antedictis sibi ad invicem et vicissim attendere et observare et non contrafatiere
vel venire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sub pena librarum
decem parvorum et refectione omnium dampnorum interesse et expensarum litis et extra solempni
stipulatione promissa totiens petenda et exigenda quotiens contrafactum
fuit que pena soluta vel non nihilominus predicta omnia et singula
attendere teneantur et contractus iste suum obtineat roboris firmitatem.
Et pro predictis omnibus et singulis melius attendendis et observandis predicte
partes nominibus quibus supra promittentes ut supra obligaverunt se
sponte suosque heredes et omnia eorum bona presentia et futura ad invicem s-
cilicet pars partem alteram et altera pars alteram singula singulis refe-
rendo Et ad solvendum et conveniendum et tenendum de eorum bonis accip-
[illegible] et ponendum usque ad plenam et integram solutionem et satisfactionem omnium
predictorum presentium et qualiter ubique locorum et fororum. Renuntiantes super hiis
omnibus feriis diebus feriatis statutis ordinamentis et reformationibus
suorum curie presentis consilii alterius loci ex certa scientia exceptionibus et
omni remedio appellationis supplicationis et nullitatis privilegio quoque
fori omnique alii eorum iuri beneficio et auxilio quibus renuntiaverunt
ex pacto sponte et expressum Laus deo.

Ego Comes de pellizolis filius q. leonardi civis et habitator mantue publicus
imperiali auctoritate notarius sancti blasii in contrata sancte Sophie
[illegible] premissis omnibus interfui [illegible]
publicus imperiali auctoritate [illegible] premissis omnibus presens fui
rogatus scripsi et [illegible]